

Ecclesia nobis credendum proponit, illud incunctanter
 credimus, hinc quia Ecclesia ex motivo rerelationis
 credit et Patrem, et verbum, et Spiritum S. etq; nos
 in eadem Ecclesiam credentes, consequenter eadem cum
 ipso rerelationis motivo credimus Patrem, et Filium, et
 Spiritum S. etq;. Interim Nomine Էկեղեցի, sive Ecclesia
 intelligitur corpus illud mysticum, quod constat tum
 ex fidelibus defunctis, ^{tum} quam in hac vita superseditibus
 cum capite Christo. Dicitur quoque Ecclesia Sancta
 triplici de causa; Prima est, quia Caput ejus, quod
 Christus, sanctissimum est; Secunda, quia fideles omnes
 Sancti sunt ratione fidei, ejusque Professionis; Tertia
 demum est, quia aliqui in Ecclesia reperiuntur, qui non
 tantum propter fidei Professionem, sed ob vitæ sancti-
 tatem, morumq; integritatem reverà Sancti sunt.